

Qui vtuntur digne coena domini?

Digne accedunt, qui seipsos probant, hoc est, qui recte instituti in doctrina coelesti serio agunt poenitentiam, id est dolent se pecasse et vere expauescunt cogitatione irae Dei aduersus peccata et ideo accedunt, vt hoc pignore et testimonio admoniti fi-[130:]dem accendant et confirment, vt credant se recipi, sibi ignosci et remitti peccatum 5 propter Christum crucifixum et resuscitatum et habent serium propositum obediendi Deo et corrigendi vitam et mores.

Qui sumunt indigne ac propterea iudicio diuino condemnantur?

Indigne sumunt, qui accedunt sine poenitentia, id est non afferunt timorem 10 Dei et fidem et perseuerant in delictis contra conscientiam.

Quibus modis prophanata est coena sacra apud pontificios?

Sex sunt praecipuae et valde horribiles prophanationes coena domini apud papistas: Prima est error de transsubstantiatione,<sup>g</sup> quia fingunt conuersionem sub- 15 stantiae panis in corpus Christi manentibus tantum panis accidentibus.<sup>245</sup> Secunda est circumgestatio panis consecrati, quia discedentes ab vsu diuinitus instituto panem inclusum arcula circumferunt non aliter quam olim Persae in publicis congregibus Orimasda seu sacrum ignem circumgestare solebant.<sup>246</sup> [131:] Tertia est adoratio panis: Tribuunt enim pani siue in sublime elato siue incluso certis receptaculis inuocationem, quae est cultus soli 20 Deo debitus.<sup>247</sup> Quarto fingunt missam esse sacrificium, non εὐχαριστικὸν tantum, sed ἱλαστικὸν, in quo fiat noua oblatio Filij Dei pro viuis et mortuis, et totam missam ad

<sup>g</sup> Korrigiert aus „transsubstantiatione“ nach E.

<sup>245</sup> Vgl. hierzu die Definition der Transsubstantionslehre als kirchlicher Lehre im 4. Lateranum: DH 802.

<sup>246</sup> Vgl. hierzu unsere Ausgabe, Nr. 1: Propositiones (1570), 71, Anm.183.

<sup>247</sup> Zu den Fronleichnamspzessionen und dem Anbeten der Eucharistie vgl. die Bestimmungen des Trienter Konzils im „Dekret über das Sakrament der Eucharistie“ vom 3. März 1547: DH 1643f.